



*theol. rec.
An. in 575. I.
86h*


*3
1765, 5*

*voth Z
23*

VINDICIAE
LOCI CLASSICI
DE
IVSTIFICATIONE
PER FIDEM IN IESVM CHRISTVM
E PAVLLI EPISTOLA AD ROMANOS
CAP. III, 21-28.

QVAS
BONO CVM DEO
SVB PRAESIDIO
VIRI SVMMAE REVERENDI
IOANNIS AVGVSTI NOESSELT
PROFESSORIS THEOLOGIAE ORDINARIJ
FAVTORIS AC PRAECEPTORIS SVI
SVMMAE VENERATIONE SVSPICIENDI
DIE OCTOBRIS A. MDCCLXV
AD EXAMINANDVM PROPONET
AVCTOR
CHRISTOPH. ERNESTVS KAHL
GRYPHIBERGA SILESIVS
S. S. THEOL. CVLT.

1765



HALAE MAGDEBVRGICAE
APVD IOANNIS CHRISTIANI HENDELII VIDVAM.





VIRIS
SVMME AC MAXIME VENERANDIS
EXCELLENTISSIMIS DOCTISSIMIS
M. GOTTLOB KAHLIO
ECCLESIAE QVAE HIRSCHBERGAE FLORET
PASTORI PRIMARIO
ECCLESIARVM SCHOLARVMQVE IN CIRCVLO HIRSCHBER-
GENSI ET LEOBERGENSI INSPECTORI REGIO
PATRVELI SVO OPTIMO.

**M. CAROLO LVDOVICO
BAVERO**
RECTORI LYCAEI LAVBANENSIS MERITISSIMO,
PRAECEPTORI SVO MAXIME COLENDO

ET
M. CASPARI DOERINGIO
PASTORI ECCLESIAE ET INSPECTORI SCHOLAE NIEDERWI-
SENSIS APVD GRYPHIBERGAM FIDELISSIMO

PATRONIS AC FAVORIBVS SVIS

OMNI

QVA PAR EST OBSERVANTIA

COLENDIS SEMPERQVE PROSEQVENDIS

HANC DISSERTATIVNCVLAM

SACRAM ATQVE DICATAM ESSE


CVPIIT

TANTORVM NOMINVM

ET

OBSERVANTISSIMVS CVLTOR

AVCTOR.



B. C. D.



Vi nihil est ita malum, quin aliquas tamen opportunitates adiunctas habeat: sic ea res in primis cernitur in iis, qui repudiata veritate errores amplectuntur, veramque religionem conantur argutiis suis labefactare. Nam quem ad modum exercitatione facultas comparatur, & crebra consuetudine cum vitiis magna cum illis familiaritas contrahitur: fieri non potest, quin, qui se dedere studiis peruertendarum verarum doctrinarum atque neglexerunt recta via & ratione in id quod verum est inquirere, ita adsuescant erroribus & fallaciis vt semper in deteriora ruant, & quorum stultitiam facile reperire potuissent, si liberi ab opinionum temeritate ad ea examinanda accessissent, ea non modo non agnoscant, sed etiam tanquam diuinum Palladium pertinaciter defendant. Vnde fit, vt qui vacui ab hac contagione veritatem contemplantur, facile contrarios errores agnoscant, atque discant illorum exemplis admoniti, quantas temeritatis poenas dent, qui ipsi sibi tenebras offundunt, quantaque sit vis veritatis, quae nullo modo ita peruerri potest, quin, qui ipsi vim inferunt, ad maximam stultitiam delabantur.

A 3

Quod



Quod quidem in primis valet de subtilitate Socinianorum & eorum qui similem vel doctrinam vel in interpretando modum sequuntur. Nam etsi negari non potest, inter omnes aduersarios rectae doctrinae vix esse qui maiori cum acumine & quadam quasi ratione ornauerint errores suos, sic vt etiam ii, qui non satis sibi cauent ab ingenii fallacijs, facile sibi persuadent, nihil esse quod ipsa cum rerum natura magis conueniat: tamen vel eorum exemplo docetur, verum esse id, quod plane in eam rem dixit *Paulus: mundi sapientiam a Deo stultitiam iudicari.* Nam cum in definienda doctrina Christiana non quaeratur: quid menti humanae videri possit ad veritatem maxime accedere, sed quid per Dei institutionem in sacris scripturis factam verissimum sit: facile animaduertitur, cum extra has quasi scholas disputant, magna quidem cum ratione eos disputare videri posse, sed hoc turpius se dare cum ad verum loquendi usum a diuinis scriptoribus vsurpatum disputatio conuerteri debet. Quod nobis semper visum est eos male causae conuincere, cum ita perspicua sint multa de grauissimis quibusdam doctrinis, de Iesu Christi diuinitate, de expiatione hominum per eum facta, de fide veniaque peccatorum per eam impetranda loca, vt eorum perspicuitas nullo modo labefactari possit. Ac, meo quidem iudicio, vel omnium literarum rudes, sensu tamen communi non destituti, statim huiusmodi locorum veram sententiam intelligent, si modo ea simpliciter, nullis adhibitis adiectionibus ac interpretamentis, atque perspicue in vernaculam linguam conuertantur; nec cuiquam, nisi ipse his locis per dolum obtrudere conortum sensum velit, sensus, quem Sociniani comminiscuntur, vnquam in mentem veniet. Quod qui demonstrant &, quam durae, quam contortae, quam abhorrentes ab omni loquendi consuetudine sint Socinianorum interpretationes, docent, felicissime mihi videntur vim ac neruum huius



huius haereseos frangere. Quare cum nuper admodum fuerit, qui de doctrina Christi recte sentientes suis dictariis peteret, sibi que videretur tandem intelligentibus verum huiusmodi locorum sacrorum sensum proposuisse ^{a)}, operae nos arbitramur pretium facturos, si, hunc in interpretem animaduertentes, vel in vno nobilissimo loco, qui est apud PAVLLVM Rom. III, 21. seqq., perspicue demonstraremus, Socinianorum commentis nihil vanius esse, atque sic illustri isti oraculo rectum & vni- ce verum sensum asseramus.



§. I.

onsilium PAVLLI praecipuum in omni epistola ad Romanos hoc est, vt Evangelii praestantiam veramque salutis gratitae naturam demonstret & reprehendat errores, quibus factus animi humani hoc beneficium inquinauerat. Est autem hic locus, quem explicandum sumimus, pars disputationis eius, qua docet, hominem gratiam Dei beatitatemque sola fide, non operum meritis consequi, quam propositionem capitalem proposuerat cap. I, 17. his verbis: δικαιοσύνη Θεού ἐν ἀγαθῷ (εὐαγγελίῳ) ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως εἰς πίστιν, & ita demonstrauerat a Cap. I, 18, vt doceret nullum hominem, siue naturam sequeretur siue legem scriptam, ita recte facere, vt per recte facta sperare posset se Deo gratiosum fore; e qua disputatione sua sponte intelligebatur, id quod PAVLLVS in nostro loco declarat, si homo veller spem gratiae diuinae & aeternorum praemiorum habere, necesse esse, vt fide accipiat oblatam sibi gratiam propter Christum. Iam si quis verba nostra, in primisque versum 22. comparat cum illa summa disputationis Paulinae cap. I, 17., facile agnosci potest, illum primum locum sic verti debere: *iustitia Dei* (h. e. quam Deus ita nobis tribuit, vt non

^{a)} in commentariolo qui Berolini a. 1764., auctore DAMMIO, vt constat, proditit quatenus h. l.: Brief des Apostels Paulus an die Römer mit einiger Anmerkungen zur Deutung mererer Nachdenkens; & aliis similibus scriptis.

non tamquam rei sed innocentes ac iusti habeamur) in *Euangelio* proponitur iis qui debent credere, tanquam ea quae e fide existat, nam eis πῖς in est idem quod τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τῆς πίστεως. Atqui hic bene cognouit interpres noster (nota 25.) hanc doctrinam esse summam Euangelii, quod homo, qui peccauit, non alio modo, nisi per Dei misericordiam, veniam peccatorum consequatur: recte quidem si illa Dei misericordia excludit omne meritum nostrum, nam aduersus hoc totam disputationem suam Paullus instituit. Sed in longe alium sensum haec torquet interpres; nam statim hanc interpretationem addit: hominem illud beneficium neque sua neque alieni satisfactioe aut expiatione obtinere, sed Deum id quidem dare hominem vero debere accipere *sub lege ne sciens & volens peccet* (in der Ordnung des eifrigen Vorfarzes nicht wissentlich und freventlich zu sündigen). At illud *postremum* non commemorat Paullus non quo aliquod de vita emendanda propositum adiunctum fidei non debeat esse, sed quod ab hac disputatione, quae erat destinata proponendo vnico medio obtinendae veniae peccatorum, quod in nobis requiritur, plane alienum erat tale quid commemorare, si quidem & ipse Paullus tantum ait ἐν πίστεως iustitiam Dei contingere. *Alterum* autem: quod sine expiatione per alium facta consequamur gratiam, plane contentitium est. Namque Paullus, dum gratis nos per fidem dicit veniam consequi, *primum* reiicit merita nostra, nullo verbo quidem id quod Christus pro nobis fecit, propter ea quod perspicue dicit cap. III, 22. διὰ πίστεως, contra v. 21.: ἡμεῖς νόμος & v. 28.: ἡμεῖς ἔργων νόμος; deinde in loco simili cap. III, 22. clare dicit διὰ πίστεως ΘΕΟΤ ΧΡΙΣΤΟΤ, nec vult fidem sine illa προλατρωσει esse, quae facta sit per Christum (v. 24.); cuius declarationis Paullinae non oportebat interpretem immemorem esse. Sed interpres noster vbi non vult, detrahit, vbi vult addit; cuius generis sunt ea, quae paulo post subiicit: *iustitiam Dei non existere e sacrificiis & caerimoniis*, quod vult Paullus dicere omnino, si de sacrificiis & ritibus Iudaicis intelligitur, sed, si his verbis etiam victima ea excludi debet, quam Christus ipse pro nobis obtulit, nullo modo. Quin immo haec ipsa verba angustiore proponunt sensum, quam quem Paullus volebat exprimere; neque enim solum negat obseruatione rituum Mosaicorum gratiam diuinam conciliari posse, sed vlllo prorsus

sus opere, virtute aut facto humano. Nam, ut hoc vno argumen-
 to vtar, cap. III, 20. planissime negat hominem iustificari *ἐξ ἔργων*
νόμου, propter opera legi consentanea, nullo facto discrimine inter
 legem caerimoniam & aliam; & ipsam hanc doctrinam ducit v.
 10. seqq. e huiusmodi locis Veteris Testamenti, quae nequaquam
 de violatione legis caerimonialis sed moralis loquuntur; quem ad
 modum post disputationem nostram, si solam spem in obseruatione
 rituum Moisaicorum positam euertere voluisset, non potuisset pro-
 fecto dicere v. 31: *Non tollimus legem per fidem, sed eam stabilimus.*
 Atque ex hac ipsa admonitione nostra cogitur falsum esse id, quo in-
 terpres claudit notam suam, quod doctrina Iesu Christi postulet *ad*
acquirendam veniam peccatorum, fiduciam in Deum cum poenitentia
 de peccatis commissis ac proposito fideliter seruandae legis moralis;
 quodque hac ex re consolatio capienda, faciendum quod possis,
 orandum denique sit b). Est enim, hoc, quod addit ad fidem quam-
 quam alias bonum & necessarium, ab hac tamen Paulli disputatione
 de iustificatione *per solam fidem* longe alienissimum.

§. II.

Sed ad ipsum, quem interpretari volumus, locum veniamus; qui
 est ita descriptus a Paulo, ut 1) sententiam suam proponat, quod
 non tum, cum legem obseruamus, placeamus Deo aut postulare
 gratiam possimus v. 21. sed tum demum, si fide ad eam accipiendam
 accedimus v. 22. Quare a) hanc vim negat recte a nobis factis,
 propter ea quod omnes peccato obnoxii sumus v. 23.; post b) fidem
 in Christi meritum declarat vnicum medium esse, per quod adspi-
 rare homines ad gratiam diuinam possint. v. 24-26. Deinde 2) con-
 trahit totam disputationem & vnicum modum iustificationis breuiter
 proponit v. 27-28.

§. III.

Ac primum detrahit meritis nostris vim comparandae gratiae
 B diuinae,

- b) Wie kan der sündige Mensch bey Gott *Vergebung und Gnade* erlan-
 gen? Die Lere Iesu spricht: glaube es Gott zu, das er dir aus Gnaden,
 one weitere Mittel, alle Sünden vergeben will, wenn sie dir hertzlich
 mißfallen, und du — den Vorsatz hast, *den goetlichen Moral-*
Geferze getreulich nach zu leben: dessen woeiste dich, und *ruhe* was du
 kantsi, und bete fleißig.

diuinae, dum dicit v. 21: *Νομι δε χωρις νομου δικαιωσθη Θεε παρθε-
 ρωται μαρτυρημενη υπο τω νομου και των προφητων, nunc autem, cum
 hoc ipso tempore N. T. Euangelium clare propositum est, iustitia
 Dei, quamquam & ipsa in lege ac prophetis (in veteris Testamenti li-
 bris) declarata, ita est tradita, ut sine lege obtineatur.* Hic illa *χωρις
 νομου* conuertimus: *sine lege* h. e. non ita ut nobis eo comparemus
 veniam peccatorum quod praestemus ea quae lex praescripsit; secus
 ac nouitius interpres, qui *χωρις νομου* vult esse: *praeter legem* (außer
 und neben dem Gesetze) h. e. ita ut etiam praeterea legi accommodate
 agamus; quae interpretatio prorsus a verbis & Paulli consilio abhor-
 ret. Nam *primum* eam particula *χωρις* non admittit, quae planissi-
 me exprimit: *sine lege* eam rem obtineri, ut vel ipse Paullus decla-
 rat v. 28: *χωρις εργαων νομου*, vbi, quamquam interpres iterum ad
 illud suum confugit: de lege rituali Paullum loqui, quod per ea
 quae §. I. commemorauimus facile conuincitur, tamen non potest
 negare nostram particulam vim negandi habere; ex quo cupiditas
 viri in nostro loco interpretando satis agnoscitur. Quid autem pot-
 est clarius esse quam quod Paullus haec verba nostra: *χωρις νομου δι-
 καιοσθη Θεε εστω* substituatur in locum istius propositionis v. 20: *εξ
 εργαων νομου & δικαιωθησεται πασα σαρξ?* quae si habet hunc sensum:
 nullum hominem *propter opera legis* iustum haberi, per ipsam dis-
 iunctionis legem sequitur, nostra verba: *χωρις νομου κ.τ.λ.* exprime-
 re id quod *sine lege* hoc beneficium obtineatur, id quod etiam do-
 cent alia loca, veluti Gal. II, 16. vbi dicitur homo iustificari *εν εξ
 εργαων νομου, εαν μη δια πιστως* I. X. (sed per fidem); quare cogitur ex
 hoc simili loco, quem ad modum in nostra sectione v. 22. *per fidem*
 dicimur veniam peccatorum consequi, hic v. 21. *χωρις νομου* idem
 esse ac *sine lege*; ut vehementer oporteat caecum aut impudentem
 esse qui talia non videat vel lectores ita nihil sapere putet, ut frau-
 dem in interpretando non animaduertant. Deinde haec com-
 memoratio operum in causa iustificationis nostrae foret a Paul-
 li consilio alienissima. Etenim vel recte facta aut studium sancti-
 tatis simul cum fide in causa sunt, quod obtineamus veniam pec-
 catorum vel plane nihil ad eam rem conferunt. Illud nequaquam
 dici potest propter ea quod, ipso interprete non diffidente, *gra-
 tiae diuinae* per totam disputationem Paullus hoc beneficium tribuit
 ita

ita, vt vel cap. IV, 14. dicat: si ii qui legi dant operam (*oi ên νόμῳ*) hoc beneficium impetrent, vim fidei detrahi & promissionem diuinam tolli. Atqui, vt ipsius Paulli argumento vtamur cap. IV, 3, beneficium Dei non *per gratiam Dei* contingit illi, qui id *laborando* consequitur (*τῷ ἐργαζομένῳ*), quare si *gratuita* est venia peccatorum, existere e recte factis nullo modo potest. Quae cum ita sint, non est Paulli consilio consentaneum, ramen opera fidei iustificanti adiungere, qua adiunctione ab interprete facta non illustrantur verba Paulli sed obscurantur. Quo magis mirari debemus summam interpretis impudentiam, qui (nota 104) eo progreditur, vt vel ipsum Apostolum, cuius verbis nihil est in hac disputatione dilucidius, propter verborum ambiguitatem reprehendat *ê*. Nempe non loquitur Paullus secundum errores, quos vult interpretes obtineri, idcirco Apostolo obscuritatem tribuit, vt habeat, quo peruertere perspicuitatem eius possit. Nam quid est istis in verbis lubricum aut obscurum, cum Paullus negat (cap. VI, 13.) promissionem Abraham contigisse *διὰ νόμου* h. e. propter legem s. sub conditione legis obseruandae, cum omnia Paulli verba clament, non nisi propter fidem Abrahamum maxima beneficia accepisse. At videt interpretes haec consistere cum suo Iudaismo non posse, quare Paullum mauult imperite fuisse locutum, quam confiteri, se nihil in interpretando videre. Sed ad propositum reuertamur.

§. IV.

Nempe Paullus, remota ea re, quam Iudaei male arbitrabantur in causis iustificationis esse, vnicam eius causam e parte nostra proponit ita: *δικαιοσύνη δὲ Θεοῦ (πεφανερωται ἐν εὐαγγελίῳ) διὰ πίστεως ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐς πάντας καὶ ἐπὶ πάντας: ἃ γὰρ ἐστὶ δίκαιος, nempe iustitia Dei omnibus, omnibus inquam, nihil enim quidquam discriminis est inter homines in hac causa, ita proponitur vt e fide in Iesum Christum existat.* Quibus verbis omnibus, non modo Iudaeis,

B 2

para-

- c) Ob er nicht besser gethan, wenn er einen so veraenderlichen Gebrauch (des Wortes *Gesetz*) nicht mitgemachet haette, ist eine andre Frage: Es waere ueberhaupt der christlichen Religion vortheilhafter gewesen, wenn die Apostel bisweilen nicht so fer an den Iudischen Arten zu reden und an dem Bild - style geklebet haetten. Aber was thut die Gewohnheit nicht! Quid potest dici impudentius? ne quid peius dicam.



paratum ait esse hoc beneficium, omnibus inquam; sic enim videntur haec verba: εἰς πάντας καὶ ἐπὶ πάντας intelligi debere, vt in iis infit tautologia, quae rem cum aliqua vi inculcet; nam, quod inter haec verba discriminis comminiscuntur, non magis verum est ac certum, quam si quis v. 30. inter το ἐκ πίστεως & διὰ τῆς πίστεως discrimen constituere veller, cum vtrumque vocabulum *per fidem* significet hominem iustificari. Accipiunt autem homines hoc beneficium διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, per fidem in Iesum Christum h. e. cum vere confidunt fore, vt sibi propter meritum Christi peccata condonentur: nam hoc cuilibet statim veniet in mentem, qui Paulli scripta, in primisque v. 24. legerit. Sed ecce longe alia videt interpret, nempe *iustitiam Dei cuius fidem Iesus Christus fecit* (die I. C. beglaubiget hat), & (not. 110.) nescio quid loquitur de Iesu Christo h. e. magno illo eoque diuino doctore, qui doctrinam diuinam fideliter & accurate tradiderit modo eo, qui omnem fidem mereatur. Ac primum hic cauti lectores mirabuntur quid sit quod nihil plane attulerit, quo nouam interpretationem confirmet; est enim hoc profecto abuti lectorum aequitate, si cum noua doceas eaque ab omni vsu loquendi abhorrentia, nihil afferes e quo quis intelligat te meliora aliis & veriora proposuisse; ac si quid habes, quaeso cur nos fraudas sapientia tua? Verendumne est te omnia fingere pro libidine? aut quid potes postulare vt ego tibi optanti credam, non docenti? Omnino si quid prodit icium nostrum hominis interpretandi genus & stuporem aut studium summum peruertendae doctrinae Christianae, hoc certe illud prodit. Nam *primum* quis vquam inter Graecos πίστιν τινός dixit de ea re, cuius quis fidem fecerit? aut quo modo potest δικαιοσύνη διὰ πίς. I. X. esse iustitia quam Christus hominibus probauit. Si Paulus hoc voluisset exprimere, dixisset δικαιοσύνην μαρτυρουμένην ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ aut διμ. ἔ τὴν πίστιν ὁ Ἰησοῦς πᾶσι παρέθηκε, aut aliquid simile, nostra certe verba nullo modo poterat adhibere. *Deinde* id quod vult interpret iam est in illo πεφανέρωται, vt cap. I. 17. in ἀποκαλύψει, quae ab ipsa fide perspicue discernitur. Porro cum Paulus dicat iustitiam Dei propositam esse τοῖς πιστεύουσιν, verba ea: διμ. διὰ πίστεως I. X. nihil aliud significant, nisi iustitiam quae per fidem in Christum obtinetur. *Denique* cum πίστις Χριστοῦ apud Paulum sit de fiducia

fiducia in Christo posita, cum vero etiam ipse noster v. 26. διακρίνεται τὸν ἐν πίστεως Ἰησοῦ agnoscat esse Deum qui iustum declarat eum qui Iesu credit (der für gerecht erkläert den der Iesu glaubet): quid, nisi cupiditas obscurandi sensus, impediuit eum, quo minus in verbis nostris, quae plane eadem sunt eundem sensum agnosceret? Quod autem addit Paullum de Iesu tanquam doctore loqui, qui omnem fidem h. e. assensum mereatur, dupliciter errat. Primum quod Apostolus aliquid magis velit, cum Iesum hic non tanquam doctorem, sed tanquam victimam pro nostris peccatis commendat, nam v. 25. postulat fidem in sanguinem eius; deinde quod fidem putet solo assensu dato doctrinis Christi contineri qui assensus si nobis conciliaret Dei gratiam, ipsi maligni genii Deo gratiosiores forent, quippe qui credunt etiam ut ait Iacobus II, 19, sed metu exhorrescunt, quod profecto consistere cum fide iustificante non potest, si quidem illa est ἐπιβεβημένων ὑπόθεσις atque πραγμάτων ἐπιγρηγορῶς ἔβλεπομένων, fiducia s. certa persuasio de rebus quae sub adspēctum non cadunt. Ebr. XI, 1.

§. V.

Quid est autem, quod opera non afferant Dei gratiam, sed sola fides? Πάντες γὰρ ἡμῶν, inquit Paullus v. 23, καὶ ὑσεσθένται τῆς δόξης τῆ Θεῶ, namque omnes sunt peccatores & carent mercede a Deo reportanda. Est enim δόξα τῆ Θεῶ praemium s. beneficium a Deo datum, quod iustificatione continetur & beatitate sempiterna, quae certo sequitur illam; quem ad modum ἐπιτιμος laus ita de praemio dicitur I Cor. IV, 5, & κούρημα I Cor. IX, 16. 17. δόξα etiam Rom. II, 7. 10. Quamquam non repugno si quis δόξαν τῆ Θεῶ cum Luthero nostro de eo quod quis iactare apud Deum possit, aut cum Grotio de approbatione hominis quae fit a Deo, accipiat, ut Ioh. XII 44. Hoc cerum est e v. 24 & illo: iustificamur per gratiam Dei, hic homini ipsi facultatem negari ut possit gratiam Dei adveniam peccatorum & beatitatem inde pendente obtinere. Id quod noster adeo interpret agnovit, dum dicit nullum hominem per se tale quid consequi posse, quamquam nec bene τὴν δόξαν Θεῶ veritatem per honorem Dei, quem quoque magis e vernacula quam Paullina loquen-



loquendi consuetudine interpretatur c), nec, cum aliunde aut hanc felicitatem repeti debere, videretur de merito Christi tanquam causa huius beneficii cogitasse, vt e commentario in versum 24. facile intelligi potest.

§. VI.

Enitem, cum verba illa Paulli v. 24.: *δικαιώμενοι δωρεάν τῆ χάριτι, διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ* recte interpretentur nostri de eo quod *iustificemur gratis* h. e. *per gratiam Dei, propter expiationem a Christo Iesu factam*: vociferatur haec verba pessime intellecta & explicata esse, iubetque vt lectores bene sibi caueant ne errent. Tum conqueritur: vsu venire vt haec explicentur in hanc partem, vt, velint nolint, debeant de redemptione per *λύτρον*, de aliqua satisfactione iustitiae diuinae per ipsam sanguinis Christi profusionem praestanda, intelligi; atque fatis mirari non potest quomodo qui graece intellexerint, aut praese sensum communem tulerint, potuerint incidere in tale commentum, quod tamen omnibus diuinis virtutibus & vniuersae rei naturae repugnet. Hic non dubito fore, qui post talem ingressionem expectent quae digna tanto ferat hic promissor hiatu, praesertim cum his intendatur a viro qui se nuper admodum conscripto Lexico graeco profusus est graecis literis non leuiter imbutum suosque commentarios cauis, vt ipse ait, lectoribus d) & acendi iudicii causa e) inscripsit. Audiamus igitur! Principio quidem negat eos, qui his in verbis aliquam expiationem sanguine factam sibi visi sunt reperisse, graece didicisse. Equidem non assequor quid huic inscitiae negotii sit cum doctrinis quae, vt ille vult, & attributis diuinis & sibi ipsae contrariae sint; grammaticum hoc quidem vitium non foret sed mentis non bene com-

- c) Die *Ere* überhaupt ist ein Urtheil andrer von dem Guten, das wir an uns haben oder gethan haben, und eine Achtung andrer gegen uns wegen unsrer Verdienste. Also ist hier die *Ere Gottes*, wenn Gott von uns urtheilte, wir waeren, *an und für uns betrachtet*, keine Sünder, sondern wir haetten das goettliche Gesetz wol beobachtet, und wir verdienen *daber* eine Achtung bey Gott. Aber eine solche *Ere* bey Gott hat niemand *für sich* und aus seinem Verdienste.
- d) Für sorgfaeltige Leser.
- e) Zur Reitzung merern Nachdenckens.

compositae. At demus hoc tamen feruori declamatorio. Sed quanam est ista tanta incitia graecae linguae quam in nostris animaduertit? Nihil hic quidem affert, vt magna suspicio sit eum nihil potuisse vitii demonstrare, nam quaeso si quid habet, cur nos fraudat illa sapientia grammatica sua? qua si nos mactasset, omnem disputationem confecisset. Nunc vanissimo verborum strepitu hoc vnum efficit, vt qui non temere assentiuntur, credant auctoritate eum scire voluisse, quae argumentis ac doctrina non poterit obtinere. Nam ipsum textum ne vno quidem verbo attingit, quod tamen interpretis erat, sed multas miscet ratiunculas sine sensu, sine ordine, sine ratione vlla, quod est ludere in re seria. *Primum* ait *inuitiam* esse bonitatem sapienter constitutam. Recte hoc quidem & satis bene. Sed id ipsum volumus, vt sanctitati suae ac maiestati vniuersae confuleret Deus, sapientissime eum reperisse medium, quo & illis virtutibus & bonitati suae satisfaceret, quod profecto per talem expiationem, quam hic videmus in Apostoli verbis, fieri optime potuit. *Porro* hominem addit infimum s. postremum esse inter eos qui mente sunt ac ratione praediti &, nullo adhibito argumento, pronunciat somnia esse & in scripturis nullo verbo commemorata, quae de amissa per lapsum imagine diuina homini indita soleant dici. *Ab huiusmodi hominibus quomodo*, inquit, *posset maiestas diuina satisfactionem postulare?* aut qui fumus tanti vt Deus, more iracundorum aut superbiorum hominum, a nobis poenas sumferit? aut quomodo ira diuina non secus ac sanguine potuisset placari? quare omnem hanc de expiatione nostra doctrinam commentum dicit humanae superbiae esse. Sed nobis liceat vicissim quaerere: haecine sunt tanto digna hiatu? Quotidiana haec quidem sunt & a nostratibus non modo perfecta sed confutata etiam. Quid est igitur quod ad ea, quae toties responderunt, nihil dicere dignetur? Principio cum ratio consiliorum diuinorum nostrae imbecillitati sit imperuia, verendum est, si argutur in rebus diuinis, ne cum nos putemus sapientes, fiamus, vt Paullus ait, stulti. Vna igitur haec quaestio est: tradideritne Deus haec omnia, quae de nostra expiatione pronunciamus? Hoc quidem e perspicuis sacrae scripturae locis rectoque loquendi vsu definiendum est, quod vbi factum est, vt postea tentabimus, vana sunt & alie-

na



na omnia quae contra dicuntur. Sed ea quam nihil sunt, quae ille contra assert. Verum est 1) e nostris peccatis nihil detrimenti capere diuinum numen posse. Sed propterea non sequitur, Deum, falsis virtutibus suis, sine poenis dimittere hominum peccata posse. Namque, vt nunc non vindicemus loca clarissima, quae vitiositatem cum homine natam ponunt extra dubitationem Psalm. LI. 7. Ephes. II. 3. cet., quaeque antestari fas est, donec is, qui sola auctoritate sua haec nihil ea de re continere decernit, argumentis grammaticis demonstraret se huiusmodi loca recte ex hac disputatione proscriptisse; vt nunc tamen ea minime attingamus, hoc certe manet: Deum a peccatoribus, etiam si miseris & imbecillis, recte poenas sumere posse. Nam cum hoc vniuersum condiderit, vt omnes naturae creatae, in primisque homines, beatae redderentur, atque omnes qui possunt, agnoscerent diuinas virtutes istisque accommodatè agerent: *primum* non est dubitandum peccatis illam beatitatem vehementer minui, quare ipsa Dei bonitas & amor erga homines summus postulat, vt poenis de peccatoribus sumtis homines a peccando deterreat; *deinde* ipsa cum maiestate diuina, cuius in omni hac causa non debemus esse immemores, consentiens est, non permittere, vt quis pietatem Deo debitam negligat, ac propterea poenis etiam, quo minus hoc fiat, impedire. In his omnibus non video quidquam esse quod vel ratio humana repudiet. Nam quod quis dicat ab infirmitate humana Dei maiestatem offendi non posse, id quatenus sit verum, iam declarauimus satis, sed si hoc velit: nimis infirmos esse homines vt istis vitio verti peccata possint; non magis aequum est homines immunes a poenis diuinis dicere, quam si quis arbitretur principem iustum eos inter sibi subditos, qui proletrarii sunt aut capite censi, propter crimina punire non debere; cum infimae sortis homines aequè pietatem principi debeant ac ii, qui in dignitate constituti sunt. Iam si vel liberalissimi volumus esse in concedendo, hoc tamen confitebimur: humanam rationem definire non posse: possitne Deus plane, salua maiestate sua, peccata hominibus condonare, an debeat punire reos, nec iis veniam dare nisi alio modo & maiestati diuinæ consultum fuerit & probitati atque beatitati humanae, quae, nisi habeat homo quo a peccatis reuocetur, necessario perturbatur? Quamquam mihi quidem magis consentaneum videtur sapientiae

pietatis diuinæ, nullum peccatum sine poena dimittere propter
 ea quod vel vnum peccatum, cuius poenam non dederis, efficiet, vt,
 per eandem bonitatem diuinam, quæ impune fuit a te peccatum
 fuisse, credas te alia non minus impune facturum. Sed quidquid
 sit, (neque enim hic locus hanc disputationem capit), hoc certe in-
 telligitur: *primum* non debere doctrinam de satisfactione ita abhor-
 rentem a ratione humana videri, vt, quod fecit aduersarius, ratio
 & sapientia negari debeat iis qui istam doctrinam amplectuntur;
deinde, si dicimus Deum iustitiam hominibus per alienum meritum
 reddidisse, ea re & diuinæ maiestati consultum fuisse, cui ius su-
 um huiusmodi satisfactione asseritur, & felicitati hominum, qui
 in tali exemplo vident quam atrocia sint & noxia peccata, quippe
 quæ non nisi satisfactione deleri possunt, e qua nemo fructum
 sperare potest, nisi talem collocauerit in illo alieno merito fidu-
 ciam, quæ veram detestationem peccati verumque sanctitatis amo-
 rem diuini sibi adiunctum habet.

§. VII.

2) Quemadmodum ex his sponte intelligitur, cum expiationem
 peccatorum nostrorum eiusque necessitatem defendimus, nos non
 temeritate aut vanissima superbia duci, sed Deo ius suum vindica-
 re velle: sic interpres cum dicit nos Deo tribuere quod iracundo-
 rum aut superbiorum sit, vel non intellectam sententiam nostram
 temere reprehendit vel ducit ex ea quæ nullo modo sequuntur. Er-
 enim quis est nostrum qui vquam talem impietatem admiserit?
 eumque & rationem reddiderimus huius asseritæ Deo iustitiæ, &
 ipsi fateamur incomparabilem benignitatem Dei, qui nec pepercit
 filio suo, quin eum pro nobis, sibi inimicis, morti traderet, quo-
 modo possumus per doctrinam nostram in Deum vel iracundiæ vel
 superbiæ crimen ingerere? Neque magis per nostram sententiam
 superbiæ tribuimus aut *Φλαυτίαν*, quam ii qui statunt Deum
 Deo superbiæ tribuimus aut nihil satis placere
 honoris sui causa hoc vniuersum condidisse aut nihil satis placere
 Deo, nisi quod ad eius gloriam susceptum fuerit. Illumne igitur
 principem dicamus superbum, qui iure suo vitur, & ita quidem vt
 non satis amans ciuium sit, nisi puniendis illis nec quidquam de
 poenis sine satisfactione remittendo, & rectum discrimen probos
 inter & improbos ciues constituerit, & constitutis poenis ciues a male-



male factis ipsaque miseria reuocauerit? Denique 3) cum hoc nobis vitii obiicit, quod non nisi caede dicamus placari Deum potuisse, haud scio an legitima accusatione utatur. Neque enim debisset ignorare, esse etiam inter nostros, qui hunc modum expiationis nostrae a sola libertate & arbitrio Dei repetant, nec aliquam huiusmodi caedis intestinam quasi necessitatem audeant profiteri, ipsumque Paullum putent hoc dicere videri eo quod τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τῆ ἀσμετίας Χειρῶν tribuat beniuolentiae diuinae magnitudini, Eph. I, 5.7. (vide S. VEN. ERNESTII *vindicias arbitrii diuini* d. sp. 2. extr. & ea loca, quae congescit GERH. IO. VOSSIVS in *responsione ad iudicium Rauenspergeri de libris Grovii de satisfact.* I. C. c. 28. Quod dum admittitur, vna restat quaestio: an fuerit sapientiae diuinae maxime consentaneum eligere hunc expiationis modum; quod nequam iudicare humana imbecillitas potest. Quare aequum est vt de eo an expiatione per sanguinis profusionem facta nobis placatus fuerit Deus, non iudicemus e necessitate istius rei, sed de hac necessitate ex eo quod ea vere facta sit. Itaque reuoluimur ad quaestionem, a qua omnia pendunt: sitne in sacris scripturis, & cum omnia nequeamus loca excutere, sitne in hoc nostro loco perspicue traditum: quod Christus nos ipse morte sua expiauerit? Id quod e vero loquendi vsu vnice demonstrabimus, vt appareat graecae linguae ignorantiam non in nostros sed ipsum Socinianum interpretem cadere.

§. VIII.

Nempe quod verba v. 24: διὰ τῆς ἀπολύτρωσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ non significant absolutionem, quae facta est per Christum hactenus, quod is tradiderit Deum nobis velle propitium esse. (durch die Losprechung die durch Iesum Christum geschehen ist) sed ipsam expiationem a Christo praestitam 1) illud docet, quod ἀπολύτρωσις numquam adhibeatur de absolutione s. declaratione remissae culpa, sed semper de redemptione per λύτρον s. datum pretium pro aliqua re, vel substitutione in alterius locum, vt in illo CLEMENTIS ROMANI (epist. I. ad Cor. 55.): πολλοὶ ἑαυτοὺς παρέδωκαν εἰς δασημῶν, ὅπως ἑτέρας λύτρωσονται, vel de liberatione quacunque. Porro 2) in locis omnibus quae loquuntur de ἀπολύτρωσις per Christum facta, numquam commemoratur id quod Christus docuit vel promisit, sed quod il-

le

le fecit aut passus est pro nobis vel nomine nostro, ut 1 Tim. II, 6: ὁ δὲς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων, Matth. XX, 28. ὁ δ. τὴν ψυχὴν αὐτῆ λύτρον ἀντὶ πολλῶν, Luc. I, 68: ὁ ποιήσας λύτροισιν τῶ λαοῦ αὐτῆ, quod est Matth. I, 21: σώσειν ἀπὸ τῶν ἀμαρτιῶν, & Ebr. IX, 15: ἀπολύτρωσις τῶν παραβάσεων exstitisse dicitur *per mortem Christi, θανάτου γενομένη.* Tum 3) proprie hoc vocabulum accipiendum esse in hac causa, perspicue declarat locus 1 Petr. I, 18: ἐν ἐλυτρώθητε *auro vel argento perituro, sed pretioso sanguine Christi tamquam agni sine labe aut macula, & Gal. III, 13: Christus nos redemit a diris legis (ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρτης τῆ νόμου), dum factus est pro nobis execrabilis.* In tanto consensu profecto eum oportet valde expertem esse literarum graecarum & vsus loquendi quem consuetudo Apostolorum introduxit, qui de *declaratione gratiae Dei* restituta cogitat. Atque 4) ipsa adiecta verba, quibus vitur in loco nostro Paullus, ita clamant nostram interpretationem vnicè veram esse, ut, nisi quis sibi ipse oculos praestrinxerit, de ea dubitare non possit. Nam *primum* ait Paullus nos per illam ἀπολύτρωσιν *iustificari* h. e. tamquam iustos tractari a Deo. Quid vero? Num iustificamur eo quod Christus nobis obtulit gratiam diuinam & promissit? Si hoc quidem esset, iustificarentur omnes homines, nam omnibus offertur beneficium diuinum, sed *fallum id reperitur* propter ea quod tantum per fidem iustificemur, qua tamen non omnes, quibus oblata gratia fuit, eam accipiunt. Quoniam iustificamur omnes, h. e. quoniam Deus decreuit se omnibus gratiam certo concessurum, Christus hanc hominibus obtulit; neque vero per ipsam oblationem istius beneficii Deus peccatores iustificat. *Deinde* illam oblationem istius beneficii factam a Christo esse profusione sanguinis sui, non ἀπολύτρωσιν factam a Christo esse illud ipsum λέτρον, non modo doctrina, atque hunc sanguinem esse illud ipsum λέτρον, non modo clarissima loca loquuntur Matth. XX, 28. Ebr. IX, 15, sed ipse etiam Paullus his ipsis verbis vsus v. 25, in quo Christum quoque ἰασηρὶς nomine appellat, quod ἰασηρὶν sanguine erat adspargendum, cum gratiam Dei consequi Israelitae debebant. At vidit interpretres haec verba errori suo vehementer repugnare; quare omnem operam dedit ut ea in alium sensum torqueret, si quidem potest is dici operam dedisse, qui sola auctoritate, non argumentis grammaticis, vitur in defendenda interpretatione. Sed hominem audiamus tamen.



§. IX. *De allig. in dicitur*

Principio agnoscit Paullum in verbis v. 25: *ὅτι προσέθετο ὁ Θεὸς* *δραστηρὸν* ob oculos habuisse operculum arcae in tabernaculo; agnoscit etiam die expiationis sanguine illud adpersum fuisse ad expiandum populum (das Volk zu entsündigen, vt ille ait). Bene hoc quidem. Enimvero cuiam haec cogitanti non veniat in mentem, Christum hactenus similem esse illi operculo, quod, quem ad modum illo adperso expiatus erat populus, nos simus placati Deo propterea quod Christus sanguinem suum profuderit? praetertim cum statim post illa verba commemoretur fides *in sanguinem Christi*. Sed talis Theologia non placet interpreti, quare fingit huius similitudinis hanc vim esse, vt Christus constitutus inter homines fuerit ad proponendam reconciliationem cum Deo sic vt nullis vel sacrificiis vel cerimoniais indigeamus, sed illi nuncio de diuina misericordia fidem adhibeamus *f*. At *primum* quo modo ex illo, quod ipse fatetur interpret *expiatam* fuisse gentem Israeliticam vi sanguinis operculo adpersi, nihil plus sequitur, nisi vt Christus, adumbratus per illud operculum, *annunciaverit* gratiam diuinam? cum ipsum id quod antecedit, *expiationem* per Christum factam postulet. Porro cum quilibet scriptor optimus sit verborum suorum interpret, quid potest dilucidius esse interpretatione nostra, cum ipse Paullus Ebr. IX, 12. cum manifesta allusione ad consuetudinem Ecclesiae Iudaicae atque ipsius diei expiationis dicat: *non cum sanguine bircorum & vitulorum* (vt Pontifex Iudaeorum maximus), sed *in ipso CVM SANGVINE SVO ingressus est adytum atque aeternam* (h. e. perpetuo valentem) *EXPIATIONEM PRAESTITIT* (*χριστιανὸν ἀνθρώπων ἐπιπέσειν*). Hic ego antestor omnes qui iudicare possunt, vtrumne Paullus clare explicet similitudinem in nostro loco propositam, & vtrumne *το εὐλογεῖν ἀνθρώπων* q. d. *reperire expiationem*, de ipsa expiatione, non de eius declaratione debeat intel-

f) Gleichwie am grossen Verloen-Feste etwas Opfer Blut gegen die Bundes-Lade gesprengt wurde, das Volk zu *ent-sündigen*: also hat Gott Iesum aufgestellt unter den Menschen, das er ihnen die Verloening mit Gott *verkündigen* sollte, und wir haben weder Opfer noch Cerimonien nöthig, sondern sollen dieser Ankündigung von der göttlichen Erbar-mung glauben.

figi g)? Atqui ista ipsa *ῥῆσις* Paullina declarat, quo sensu concedi possit id, quod vult interpres obtineri: nos non indigere sacrificiis; nempe non hactenus quod ipsius Christi victima non fuerit opus, quod potius omnibus verbis Paullus persuadere lectoribus contendit, sed hactenus, quod abrogatae sint caerimoniae & victimae Leviticae, quibus adstricta fuerat in Veteri Testamento spes obrinendae

C 3

g) Vix potest aliquid frigidius dici eo quod nouitius interpres ad hunc locum Epist. ad Ebraeos not. 115, 116. declamauit; neque tamen minor, cum ita ipse pressius duritie interpretationis suae videatur, vt haec putet non ad viuum refecanda esse, quippe quae a mente incensa profecta fuerint, nec vrgeri debere singula verba, quae obiter fuerint adiecta. rint, nec vrgeri debere singula verba, quae obiter fuerint adiecta. Wir müssen uns ja hüten solche Stellen, die in einer Art von Erbi-
*Wir müssen uns ja hüten solche Stellen, die in einer Art von Erbi-
 zung der Vorstellungs-Kraft geschrieben sind, nicht staercker aufzu-
 nehmen, als es der Zusammenhang der Sachen und der Gedancken zu-
 laesst, (Quasi non vniuersus contextus clamaret substitutionem sangui-
 nis Christi in locum sanguinis hircorum & vitulorum, cum quo Ponti-
 fex M. ingrediebatur in Sanctissimum locum. Animaduertent autem
 lectores, hanc interpretem vnum esse ex iis qui verba volunt e rebus &
 sententiis, non has ex illis explicari, quod *ὑπερον πρωτερον* magnum
 scilicet interpretem prodit.) und aus einzeln Worten, die neben ein-
 geflossen sind, ein Hauptwerck eines Lergebaendes zu machen. Poeni-
 tet me discutere haec omnia, ita puerilis est non modo versio ipsa, sed
 ipsi etiam commentarii vel hyeme duraturae *λυτρώσεως* ipsa est sum-
 ma rei, in qua per vniuersam sectionem Paullus demonstrat Christum
 Pontifice M. V. T. longe superiorem esse; quod si vero, quod ille vult,
το εὐγισμεν non esset de praestatione expiationis ipsa, sed de declara-
 tione, quomodo quaelo Paullus in superioribus v. 9. sacrificia dixisset
*μη δυναμενα κατὰ συνείδησιν τελειώσαι τὸν καταρθεύοντα, non πο-
 ρηθῆναι ἐπιπαινεῖν τὸν δεινόντα, non posse esse in seipsum
 seyn vollkommen zu machen, quod, si germanice recte intelligo, est:
 eius ingenium acere, cum dicere voluerit: dem Opfern keine Be-
 rubigung des Gewissens geben; sed harum elegantiarum plena sunt
 omnia). Illa ipsa verba v. 9. declarant: cum sacrificia non poterint
 hunc fructum praestare, vt homo, *εὐραμενον ἀνομιαν λύτρωσιν*, quod
 retur, Christum hoc praestitisse, *εὐραμενον ἀνομιαν* exprimit; quae
 ipsum, vel propter illam similitudinem, expiationem exprimit; quae
 v. 14. etiam perspicue traditur, cum dicat Paullus *sanguinem Christi*
 animos a malefactis purgare; quo modo autem? non doctrina Christi,
 sed quatenus *ἐαυτὸν προσήνεγκεν ἁμαρτων τῶ Θεῷ*.**



dac gratiae diuinae. Denique male coniunxit interpres verba quae in loco ad Romanos sequuntur: *διὰ τῆς πίστεως* cum superioribus; ὃν προσθ. ὁ Θ. ἰλασθῆναι, quasi Christus non nisi hoc sensu appelleretur ἰλασθῆναι, quod fide accipiendam misericordiam diuinam patefecerit. Sed, praeter ea quae iam contra huius interpretationis angustiam vel exilitatem dicta sunt, 1) si hoc voluisset Paullus, dixisset τῇ πίστει ἡμῶν ἢ εἰς τὴν πίστιν ἡμῶν vt v. 22. aut aliquo simili modo, non: *διὰ τῆς πίστεως*; ac 2) v. 26. 30. 22. demonstrat το *διὰ τῆς πίστεως* referri debere ad participium *δικαιούμενοι* v. 24, vt quid in nobis commoueat Deum ad nobis concedendam veniam peccatorum, his verbis declaratur, quem ad modum v. 24 in *διὰ τῆς ἀπολ. τ. ε. X. I.* medium iustificationis a parte Dei propositum fuerat.

§. X.

Consequimur ergo veniam peccatorum *διὰ τῆς πίστεως ἐν τῷ αἵματι Χριστοῦ* fide in sanguinem Christi, vt ἐν τῷ κ. τ. λ. sit pro eis τὸ αἷμα Χρ. quem ad modum Ephes. I, 15., & declaratur id. quod debeamus fide amplecti, nempe Christum quatenus suum pro nobis sanguinem, vt nos expiaret Deo, profudit. Sed noster interpres refert ad προσέθετο αὐτόν, hoc sensu: Deum ita Christum inter homines constituisse, vt ab hostibus suis summo odio incensus ipse sanguis Christi profunderetur, quo ipso Christus veritatem doctrinae suae confirmauerit. In quo ille vehementer errat. Nam primum demonstrauimus το *διὰ τῆς πίστεως* referri debere ad participium *δικαιούμενοι* v. 24. vnde fit, vt ἐν τῷ α. αἵματι non possit cum προσέθετο coniungi, propterea quod haec verba, si voluisset Paullus e sententia interpretis loqui, ante *διὰ τῆς πίστεως* collocari debuissent. Praeterea ἐν τῷ αὐτῷ αἵματι necessario coniungi debet cum τῇ πίστει, quoniam v. 22., qui hic latius explicatur, est πίστις ἰησοῦ Χριστοῦ, vbi iste genitiuus pariter exprimit id quod debeamus fide amplecti. Postremo sacra scriptura, quotiescunque de modo salutis nostrae loquitur, non modo vrget fidem in Christum, sed in Christum qui actus est in crucem, qui suum pro nobis sanguinem profudit. Neque enim Paullus, vt ipse confiteatur, tantum commendabat ius, qui salutis cupidi erant, Christum, sed cum in cruce suspensum, i Corinth. II, 2., & vniuersa comparatio Christi cum Pontifice

rificae M. Veteris Testamenti, qui non eo consilio ingrediebar in locum sanctissimum ut sanguine victimarum profuso confirmaret doctrinae Mosaicae veritatem, sed ut expiaret populi peccata, quem Christus est imitatus eo quod victimam suam obtulerit Deo *εις ἀθέτησιν ἀμαρτίας*, ad auferendum peccatum h. e. culpam, ut loquitur Paullus Ebr. IX, 26, haec igitur comparatio perspicue docet, nos debere Christum haecenus, & tamquam victimam pro peccato, fide accipere. Quare oportet eum plane immemorem esse vel negligentem doctrinae Paullinae, qui non maiorem vim arbitratur profusi sanguinis Christi fuisse, quam sanguinis eius. cuius profusione omnes martyres suae fidei constantiam demonstrarunt.

§. XI.

Paullus autem post commemoratam causam iustificationis, explicat consilium quod Deus in haec expiatione facienda habuit. *Εἰς ἐνδείξιν*, inquit, *τῆς δικαιοσύνης αὐτῆ διὰ τὴν πάρεσσαν τῶν προηγουμένων ἀμαρτημάτων ἐν τῇ ἀνορχῇ τῆ Θεῶ, πρὸς ἐνδείξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτῆ ἐν τῷ νῦν καιρῷ, εἰς τὸ ἐνεαὶ αὐτῶν δίκαιον καὶ δικαιῶντα τὸν ἐκ πίστεως Ἰησοῦ*, ut demonstraret iustitiam suam (primum) per condonationem peccatorum eorum, quae commissa erant eo tempore, quo Deus seruebat peccata hominum, ut (porro) demonstraret iustitiam suam hoc ipso (nostro) tempore; quo seruet ut is esse agnosceretur, qui & ipse iustus sit & iustificet eum qui fide Iesum amplectitur. Illustramus hanc rem breuiter, ut & vera esse appareat interpretatio nostra & ratio intelligatur contrariae quodammodo interpretationis a no- vitio interprete propositae. Principii loco ponimus, quod videtur ex ipsa forma verborum perspicuum: eandem esse rationem verborum *εις ἐνδείξιν* — τῆ Θεῶ ac eius, quae sequitur, propositionis: *πρὸς ἐνδείξιν* — καιρῷ, quo posito, si omnia haec verba nostra comparauerit cum v. 21. seqq., apparet 1) nostrum *εις ἐνδείξιν* — Θεῶ re- spicere δικαιοσύνην Θεῶ μαρτυρουμένην ὑπὸ τῶ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, v. 21. 2) ea quae sequuntur verba: *πρὸς ἐνδείξιν τ. δ. α. ἐν τῷ νῦν καιρῷ* illud quod ibidem v. 21. occurrit his verbis: *νῦν δὲ δι. Θεῶ πεφω- τήσεται*, 3) ac postrema illa: *εις τὸ ἐνεαὶ* — Ἰησοῦ ad argumentum ver- sus 22. Quae obseruatio docet non modo malam esse interpun- ctionem, quae in nostris editis exemplis N. Testamenti h. l. obti- net,



net, sed verum quoque sensum verborum nostrorum e superioribus & vicissim horum e nostris repetendum esse. Hoc sumto, quod, opinor, dabunt omnes qui accuratius vniuersum contextum considerauerunt, 1) recte interpretatus est is, contra quem disputamus, δικαιούσιν Θεῷ de iustitia tali, quam nobis donauit Deus, quamquam LUTHERI atque MELANTHONIS nostri multorumque aliorum acumen idem illud viderit, secus ac alii qui δικαιούσιν Θεῷ de aliquo eius attributo, vel iustitia vel benignitate interpretantur. 2) Πάρεσις τῶν προσηγ. ἀμ. ἐν τῇ ἀνοχῇ τῷ Θεῷ. declarat quae sit illa δικαιούσιν Θεῷ, nempe venia peccatorum; neque πάρεσις est, vt multi, praesertim Cocceiani volunt, ab ἀφέσει diuersa, si quidem plane τὴν δικαιούσιν Θεῷ exprimit, vt alia ab aliis bene contra illud discrimen dicta praetermittamus. Sed προσηγ. ἐν ὅτι ἀμαρτημάτων non simpliciter sunt ea, quae deliquimus ante quam nobis venia eorum contingit, sed male facta tempore Veteris Testamenti, quo etsi nondum venerat Christus, tamen Deus pro patientia & misericordia sua tulit peccata propter Christum venturum & expiationem omnium hominum ab eo praestandam. Quae hic iterum congerit interpres de causis iustificationis nostrae non denuo examinabimus, cum fidem in Christum hic ne agnoscat quidem necessariam ante condonationem peccatorum; nam, cum, vti diximus, nostra verba planissime ad superiora referenda sint, ex iis, quae ad illa superiora commentati sumus, quam arbitraria sint & falsa eius commenta, satis intelligitur. 3) Iam in istis verbis: πρὸς ἐπιδείξιν ἐν τῷ νόῳ καμῶν nihil est obscuri; quamquam non satis accurate interpres dicit (not. 117.): hanc declarationem de venia peccatorum gratuita, sine sacrificiis & caerimoniis, olim (in V. T.) non tanta cum perspicuitate & certitudine, ac postea, factam, sed sapientissimos viros V. Test. de ea re per coniecturam locutos esse h). Nam etsi concedimus plus luminis huic doctrinae tempore N. T. affusum fuisse, tamen perspicue satis ac certo Psalmo XL, 7. seq. & alibi praecipitur ea de re, vt non videam quare tantum coniecturaliter sancti viri dici debeant de ea re pronunciasse, aut quare interpres

h) Diese Anzeigung war damals nicht so — zuverlässig geschehen — obgleich die Weisesten zur Zeit des alten Bundes solches vermutheten und oft davon geredet haben.

pres hanc professionem vel notitiam tantum sapientissimis in antiquitate viris hoc tribuat. Denique 4) verba *eis τὸ ἐνωχ κ. τ. λ.* recte a nobis explicata esse facile agnosci potest. Neque enim est Deus aut fit iustus per iustificationem nostram, sed talis esse agnoscitur, quemadmodum similia verba vers. 4: *γνωσθῶ δὲ ὁ Θεὸς ἀληθῆς* hunc habent sensum: *agnoscatur fides Dei.* *δικαιος* autem non tam dicitur Deus propterea quod est ab omni malo alienissimus, ut vult interpres, quam hoc fere sensu quo Christus 1 Ioh. II, 1. *δικαιος* appellatur, quatenus est auctor iustitias nostrae per v. 2, qui hoc in nos beneficium contulit ut possimus pro iustis haberi, vel quemadmodum Deus 1 Ioh. I, 9. *δικαιος* dicitur sic ut nobis *condonet* peccata. Quam nihil autem consentaneum verbis dicit interpres, cum *τὸν δικαῖον τὸν ἐν πίστει Ἰησοῦ* interpretatur in hunc modum: iustum declarat misericordia commotus eum qui gratum Deo animum profiteretur vita sua (der seiner Gnade danckbarlich leben will), & addit *ἐπιφάνημα* abhorrens illud quidem, ut supra latius demonstratum est, ab omni disputatione Paullina. i). Neque enim *ὁ ἐν πίστει Ἰησοῦ* potest esse qui bene vivit, sed qui fide amplectitur Iesum eiusque, ut supra loquebarur Paullus, sanguinem pro nobis profusum, s. qui promissionem Dei super gratia nobis concedenda propter Christum gratis accipit fide; nec Paullus hic de vitae integritate loquitur; neque enim propter hanc aut vllam a nobis factum vel virtutem nostram iustificamur, nam hoc esset aliquid *legi* consentaneum, sed c. IV, 14. seq. *οἱ ἐν νόμῳ* & *οἱ ἐν πίστει* plane disiunguntur.

§. XII.

Restat postrema pars disputationis Paullinae, quae est quasi *ἀνάγκη* superioris, v. 27. 28: *Πᾶς ὃν ἡ κοιλία; ἐξενλεῖ.*


i) Man siche! wol, daß Paullus und das Evangelium wieder alles Menschenwerk Gottes durch Opfer und dergleichen sich setzt. Nimm die Lere Jesu an, und folge ihr mit Gottes Beyland in Aufrichtigkeit; und troeste dich alsdenn der goetlichen Gnade im Leben und Sterben, *one weitere Umsaende.* Quibus verbis interpretem repudiare omnem doctrinam de expiatione per victimam ipsius Iesu Christi, universus eius commentarius demonstrat.



Διὰ τοῦ νόμου; τῶν ἔργων; οὐχι. ἀλλὰ διὰ νόμου πίστεως. Λο-
 γίζεσθε οὖν, τίς ἐστι δίκαιος ἀνθρώπων, ἡμῶν ἔργων νόμος, ὅτιν ἄνθρωπος
 est igitur quod iactare possumus? Exclusum est. Quannam per do-
 ctrinam? Eamne de recte factis? Nequaquam, sed per doctrinam
 de fide. Concludamus igitur: sine iustificari hominem, sine factis
 legi accommodatis. De primis verbis: ὅτιν ἄνθρωπος est id quod iactamus?
 Nullum est, non est quod in versione interpretis quidquam castige-
 mus, nam leues barbarissimos, qualis est die Römung (ἡ καὶ ἡ-
 σις), facile condonamus. Sed alienissima est calumnia contra media
 gratiae s. Sacramenta, quo cum vocabulo, obiter inquit, detesta-
 bilem ideam plerumque a Christianis coniungi. h). Vellem equi-
 dem ut nos quid sit in hac Christianorum doctrina detestabile, do-
 cuisset, ut talem tandem disceremus admoniti impietatem fugere.
 Neque enim quid sit id impietatis agnosco, cum dicimus: nobis
 per illa baptismi & sacrae coenae sacramenta offerri, atque, dum
 credimus, conferri etiam diuinam gratiam per Christum nobis con-
 ciliatam; habemus enim perspicuam promissionem Christi, qua
 utriusque sacramento hoc beneficium adiunxit, eaque ita perspicue
 traduntur pluribus in sacrae scripturae locis, ut vno tali anathemate
 deici non statim possint. Quae est autem tanta similitudo nostrae
 de sacramentis eorumque necessitate doctrinae cum stultitia Iudaeo-
 rum, qui rituum externorum vanitate sperabant salutem consequi
 posse? Opus enim quod dicunt operatum h. e. externum usum,
 cui animus salutis cupidus non est adiunctus, vehementer quidem
 repudiamus, nec talem usum salutarem esse sine fide in Christum
 candidè protestemur, nec nobis vnquam in mentem venit dicere,
 quod haec religio à Christo instituta pia mente suscepta mereatur gra-
 tiam diuinam, sed consequatur gratis propter Christum, nec salu-
 tarem effectum sacramentorum vlli vel actioni vel virtuti nostrae
 tribuimus, sed soli fidei, quae accipit diuinam promissionem. In
 ceteris verbis Pauli explicandis bene versatur interpres, in
 primisque recte dicit: (not. 120.) Apostolum eo quod legem in
 causa

h) Was für ein abscheulicher Begriff ist mit diesem Worte (Gnaden-Mittel)
 insgemein, auch in der Christenheit, verknüpft!

caussa iustificationis repudiat, non modo vanitatem Iudaicarum caerimoniarum & sacrificiorum, sed omnino proprium meritum l) reiiicere; & (not. 121.) *legem fidei* (rectius dixisset doctrinam de fide, nam νόμος apud Iudaeos graece scribentes est de quacunque doctrina) velle vt homo credat, sibi omnia peccata a Deo misericordia ducto condonari, si se recto ordini accomoder. m). Quibus verbis nihil potest rectius dici, dummodo interpret & recte, quis sit ille ordo, explicasset, & semper harum sententiarum memor fuisset. Postrema quidem verba: λογισμεθα εν τ. τ. λ. male conuertit: *Denn wir fassen den Satz*: dals der Mensch im Glauben für gerecht erklært werde one Werke des Gesetzes; neque enim haec vel bene germanice expressa sunt, neque λογισμεθα hic est aliud quid, quam concludere tamquam summam superioris disputationis colligere, quod forte etiam voluit istis germanicis verbis dicere: sed quae explanationis causa adiecit, si quidem ea cum cautione saepe a nobis commemorata accipiuntur, verissima sunt. Quare finem faciamus dicendi, Deumque O. M. rogemus, vt nobis verum Euangelium suum semper intaminatum conseruet, animosque nostros ita semper moderetur hac doctrina sua, vt omnem spem nostram ponamus in gratuita beniuolentia Dei preciosissimoque merito Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre & Spiritu Sancto sit laus in omnia saecula.

- l) Das Gesetz der Werke sind theils die jüdischen Cerimonien und Opfer, theils ueberhaupt der eigne Verdienst. Et paullo post: Der Mensch soll nicht durch gewisse Gebräuche oder durch sich selbst, eine Gerechtigkeit vor Gott sich erwerben.
- m) - - Der Mensch soll glauben, ihm werden seine Sünden von Gott aus Erbarmung, in gehoeriger Ordnung vergeben.





IO. AVG. NOESSELT
CHRISTOPHORO ERNESTO KAHLIO
GRYPHIBERGENSEI

S. P. D.

Cum audio multorum voces qui nostro hoc tempore con-
 queruntur: nimium esse hoc studium, quod in scholis
 usu venit impendi linguarum disciplinae; incipio vereri,
 ne huiusmodi querelae, valde plausibiles vel ignaviae vel
 vanitati humanae, non modo aditum faciant ad doctri-
 nam valde ieiunam, sed etiam ipsi religioni nostrae ve-
 hementer inimicae sint. Nam cum veritas divina e
 scripturis sacris duci ac intelligi debeat, interpretatio-
 nis autem nulla sit certitudo, nisi legitima loquendi con-
 suetudo recte perspecta fuerit, atque etiam non possit bo-
 nus interpret nisi diuturna exercitatione subiectus exi-
 stere: necesse est vel ipsam doctrinam vel eius certam in-
 telligentiam hoc magis minui, quo magis haec ipsa stu-
 dia negliguntur. At non est huius loci excutere omnes
 istas querelas, e bono, ut arbitror, animo profectas sed
 non satis cantas tamen; hoc certe profiteor effecisse il-
 lum metum in primis, ut valde mihi probaretur confi-
 lium TVVM demonstrandi perspicuo exemplo, quan-
 ti errores vel in grauissimis doctrinae Christianae parti-
 bus nascantur ex ignorantia aut negligentia grammati-
 carum disciplinarum, qui, nisi adhibitis his linguarum
 adminiculis, euelli nullo modo possunt. Ac sperabam TE
 suscepto labori hoc magis parem fore, cum meminif-
 sem BAVERVVM V. C. amicum nostrum & in his li-
 teris supra omnem laudem meam doctissimum, e cuius
 schola



 scbola Laubanensi ad nos perveneras, hoc studium in primis vrgere sui que commendare solere; quare TIBI constitueram relinquere omnem hanc disputationem, quam mihi integram a TE elaboratam tradideras, nisi ipse voluisses, ut pro arbitrio quae vellem alia facerem. Ego vero gaudeo vitam TVAM eam apud nos fuisse, ut vel diligentia vel virtute posses multis exemplo esse, neque dubito TE semper eum fore, qui coeperis, h. e. in discendo assiduum & ad veram virtutem omnia studia referentem. Deum vero O. M. precor, ut sibi omnem animum TVVM vindicet, omniaque studia TVA & TIBI & rei publicae sinat saluberrima esse. Vale. Scribebam die VIII. Octobris A. C. MDCCLXV.

NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
 DOMINO RESPONDENTI

S. P. D.

GODOFREDVS BISCHOFF

TREBNITIO-SILESIVS. OPPONENS.

Qui ante quatuor fere annos litteris sanctioribus, Carissime Kahli, TE dicere constituisti faventeque numine divino propositum TVVM laudabiliter persecutus fuisti, illud iam praestas, quod de TE sperari iure poterat. Indefessum enim studium, quo doctrinae huius sanctioris capere allaborabas incrementa, una cum aliis nunquam non admiratus & amicitiae Tecum contracta morum Tuorum puritate admodum delectatus sum. Tantum

D 3

tum



tum aberat, ut in hanc doctrinam divinam imprimis incumbens alias disciplinas easque utilissimas negligeres, ut potius & his omnem operam ntuares, cum bene cognosceres, non satis esse, ut Cultor Theologiae necessaria, sed quoque, quae haec adiuuare possunt, vitia discat. Industriam Tuam aequae ac tempore, regula illa nobilissima duce: non multa, sed multum, bene collocato eo feliciores faciebas in studio theologico progressus, quorum specimen nunc edidisti idque luculentissimum. Hoc, cum non minus propter materiam, quam ipsam tractationem ab unoquoque, qui ordinem ac sollicitatem in disputando cupit, probandum sit, testis distinctioris Tuae harum doctrinarum cognitionis erit fide dignissimus. Quae cum ita se habeant, quid de meo in Te amore expectare hoc die Tibi solemni poteris, quam ut mentem Tibi deduissimam declarem, quae Tibi hos felicissimos eventus gratuletur? Frequentior consuetudo non solum, sed eximia etiam, quae inter nos obtinuit, familiaritas a me postulat, ut hoc munus, quo lubentissime fungor, subeam. Totigitur animo Tibi progressus iudiciorum Tuorum insignes gratulor, Parentibus Tuis magnae spei filium, familiaeque splendidae cognatum. Gratulor mihi amicam, qui, cum ad certamen Tecum ineundum me provocares, denuo amicitiae Tuae certiore me facere voluisti. Spero, fore, ut deus O. M. Tibi quaevis bona contingere iubeat, nec non ut quoque absens Tua amicitia me haud indignum iudices & ea benevolentia atque amore prosequaris, quo me amplecti adhuc Tibi placuit, qui ad omnia amicitiae officia semper me paratissimum polliceor. Vale! Dabam Halae die 9. Octobris, A. C. MDCCLXV.

MON-



MONSIEUR,

Purriez vous bien attendre que je me tusse, en entendant tant d'éloges que vos Précepteurs vous font touchant la diligence avec laquelle vous vous êtes appliqué aux études, aussi bien qu'à l'égard de l'érudition que vous vous êtes acquise par celle là? Me pardonneriez vous (& certainement vous seriez moins mon ami si vous me le pardonniez) si je n'y mélois point mes congratulations, mes vœux ardens pour votre contentement, mes protestations d'amitié? Agréez donc ces lignes; pour peu qu'il y en ait comme un gage sûr de mon dévouement, de mon cœur reconnoissant des fruits dont vous m'avez fait jouir par votre conversation, & encore davantage par l'amitié que vous m'avez bien voulu accorder dès le premier moment de mon séjour à Halle. C'est le même noble caractère de votre cœur, qui me fournit l'occasion de m'entretenir publiquement avec vous sur la matière la plus considérable & la fondamentale de notre divine religion. Ne croiez donc point que je me présente à vous tel qui trouve effectivement quelque chose à contredire. Au contraire je vous assure d'avance que je suis entièrement d'accord avec vous, que mes antitheses ne sont que trop réfutées par votre traité plein d'érudition & de dextérité que le zèle pour la religion vous a suggérées; & je suis tout - à - fait convaincu qu'elles le seront encore davantage par vos réponses les plus savantes. Du reste en vous félicitant de l'honneur que vous allez remporter par l'habile défense, je prie Dieu de vous com-
bler



bler de tous ces biens salutaires qu'une vive connoissance de la matiere expliquée par vous, offre à tous ceux qui en veulent profiter & de vous faire l'instrument propre à les rendre aimables & désirables à ceux que Dieu vous fera la grace d'enseigner dorenavant. L'application que vous portez à la religion, me fait esperer que vous serez sans cesse aussi heureux que vertueux: & j'ose y joindre, aussi constant dans l'amitié envers moi qui ne saurois jamais alterer la parfaite estime avec laquelle j'ai l'honneur d'être,

MONSIEUR

De Halle
ce 9. Octobre
an 1765.

Votre très-humble serviteur
& sincere ami

CHRETIEN GOTTLÖB NAGEL

Opp. de Brieg en Silésie,
Etudiant en Theologie.




ULB Halle 3
002 612 240


58







Theol. rec.
Qu. in 575. I.
80h

3.
1765, 5

007h *Z*
23

VINDICIAE
LOCI CLASSICI
DE
IVSTIFICATIONE
PER FIDEM IN IESVM CHRISTVM
E PAVLLI EPISTOLA AD ROMANOS
CAP. III, 21-28.

QVAS
BONO CVM DEO
SVB PRAESIDIO
VIRI SVMMME REVERENDI
IOANNIS AVGVSTI NOESSELT
PROFESSORIS THEOLOGIAE ORDINARI
FAVORIS AC PRAECEPTORIS SVI
SVMMMA VENERATIONE SVSPICIENDI
DIE OCTOBRIS A. MDCCLXV
AD EXAMINANDVM PROPONET
AVCTOR
CHRISTOPH. ERNESTVS KAHL
GRYPHIBERGA SILESIVS
S. S. THEOL. CVLT.



HALAE MAGDEBVRGICAE
APVD IOANNIS CHRISTIANI HENDELII VIDVAM.

1765

